Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



an etiam ille q̃ ignorantiam extra uoluntatem fuerit
aliquid locutus.

Iuxta dñi etiam his q̃ ignorantiam peccant manifestum
est cum dic. qui nescit et non fecerit digna plagis uapulabit paucis. ubique tamen dere gesta penitentiae spem presumatur.

Si quis cogitauerit tantum facere aliquid et non fecerit. si et ipse mendax iudicandus est.

Iste secundum mandatum est quod cogitauit ut faceret. non solum ut mendax sed ut contentor a domino condempnatur.

Si quis peuenerit ut definiat agere aliquid eorum que non placent do. quid oportet magis iniuriam reuocare quod male fuerat diffinitum. an timore comendax fit implere peccatum.

Cum dicit apls numquid ex nobis ipsis idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. et dns michi omnis. quia non possum ego ame ipso facere quidquam et rursum uerba que ego loquor uobis ame ipso non loquor. et in alio quoque. Descendi de celo non ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui me misit patris penitentiam debet agere primum. q̃ aliquid temere diffinit ut cuique illud fuerit quod diffinitum est. quia nec ipsa quidem bona propria auctoritate et diffinitione facere oportet. Multo autem magis ea que non placent do statuere non licet. quia oportet iniuriam reuocare que cuique ex presumtione contra mandatum di statuuntur. Hoc namque manifeste ostendit in apto petro q̃ temere quidem statuerat et iuerat. Non lauabis mihi pedes in eternum. Audium enim a domino